

Lotio.

Reverende ac Doctissime Domine.

(398).

Cogor haec ad te scribere multâ prece, et oblatione
viri a vostro ordine emeriti; mihi verò vice noti; nisi
quod ex angui carmine indicium fecit similis verac, de
quâ fallor si quid unquam emicuit tuâ aure dignum.
Commendari tamen se et Carmen illud cupit, iustat,
pertendit. quid facias? Ego hominis egestatem iudico.
si id commendare vocant, ecce commendari. Tu vale.
Scribo distractissimus Haga Com: 17. Jani 1647.

Tuus.

Scriuero.

Amplissime Doctissimeque Vir

(399).

Aras hasce Neptuno et Melalennia sacras, Domburgi nup
Principis mei, territorio effossas mitto ad te animo partim
meo, partim Suae Celsitudinis mandato morem gerent.
Dum euimdo Melalennia hactenus nobis inaudita va
rie fabulamur ^{aut} conijcimus. Visus tu Poeta es
propterea ad eam rem unicus, qui nodum solvas, et
quam reverentiam novo numini debeamus, pro
autoritate statuas et injungas. Allusimus nonnulli ad
Belgicum idioma, ac de Net haec innu. Sive mewhartinn
quid ausi fuimus somniare. Mihi verò 70 years suc
currit, et sine id recenter captum sive salsum indicari
velis, ad originem hujus nomenclaturæ, manu ducere
visum est. Et exw. tamen, donec tu Docte Probati, vel
potiora manueris, vel hinc mecum uti volas. Vale
Vir praestantissime, ac tui gregis scribo
Tuum.

14. Feb. 1647.

C. H.

Rectori ac Professo
ribus Illustris
Scholæ Auriacæ.
Bredæ.

Nobilissimi Amplissimi, doctissimique Viri. (400).

Ad ea quæ cum per literas, tum per Reverend. Nobilissi
mumque d: A. Rinetum Collegam nostrum exponenda
nobis judicasti, ipso nunc iterum ad vos commu
antes, superfluum ducimus respondere. Neque enim
ab autore magis idoneo certiores fieri possitis eorum rerum
quas

quas

quas hic et nomine vestro unà cum D. Hautmanno gessit,
 et in usum porro Illustris Scholae procurandas nobis
 commisit. Fidem itaque haec referenti, ut quam plenissi-
 mam adhibeatis, licet hoc superfluum, ultimus atque
~~procurator~~ rogamus. Deum porro precantes ut vos Cono-
 senellae hujus Reipublicae literariae sospites, sanos ac felices
 diu multumque velit. Scrib: Haga Com: W. Ed: April:
 C1D100XLVII.

Addictissimus vobis.

Annae Mariae
 Schuurman.
 114. Jul. 117.

Nobilissima Virgo.

(401).

Eximij popularis mei, ejus hactenus artificem manum
 non è vulgo ob oculos habuisti, nunc et mentem et ingenium
 vides, et ab his profecta praestantissima, atque, ut mihi
 quidem videntur, cum antiquitate comparabilia monu-
 menta. Vide inquam, et cum bonis omnibus dole. Hujus
 tam lucidi sideris in Batavo climate brevius curriculum
 fuisse, quam penè solis hiberni est ad Septentrionem. Si
 satis meministi querebaris hujusmodi libellos in Urbe vestra
 non extare. Gaudebo si ne hactenus quidem allati fue-
 rint, ut ab amico Hagensi potius, quam ab ullà manu
 externa accipias magnum Poetam Hagensem, decus reverè
 nostrum, et natalium fateor reverè meorum grande
 ornamentum. Psalmi nostri, quorum nonnulli pro
 humanitate tuà patientissimas aures commodasti, ad
 unum omnes excussi sunt: sequuntur Cantiones Gallicae
 et Italicae, quas simul duci nescio an edendas an
 expuendas, ut semel hisce naenini defunctus amici flagi-
 tantibus videri possem totam fidem liberasse. Videbitur
 etiam id opusculum simul atque exportum fuerit e lentuli
 Typographi Regii vel certe distractissimis manibus, cujus
 ut caetera despicias, utique elegantes typos non impro-
 babis. Quam res majores Pictoris vestri Henrici Soutij
 penes me mirabilem tabellam esse narravi, etiam nunc
 transmissa fuisset, nisi succurisset, quòd ipsam te
 Hagae videbaris polliceri in hanc aetatem: quo in
 consilio si adhuc perstas, ut ego quidem opto, ac te
 cum caeteris amicis rogo, tutius illud $\chi\epsilon\rho\mu\alpha\tau\iota\sigma\tau\iota\sigma$ hic
 visetur